Hic sentit se exauditum pre dulcedine cordis ⁊ iubilo spiritus sancti. iam reuertentis in eum ex quo sperat deduci in paradisum ubi recti habitant.

¶ Propter nomen tuū

Non propter merita mea sed propter xpm salvatorem in quo omnes salvabimur

¶ **Vivificabis me in equitate tua** Quasi dicat non de rigore iustitie qui mereor sumergi. sed de dulcore misericordie tue qua omnem humanam et celestem monarchiam inebrias.

¶ **Educes de tribulatione animam meam**

A miseria et flagellis huius mundi. sed longe magis a tribulatione inferni eterna quia penitentes de futura beatitudine certificantur a spiritu sancto si perseveraverint.

¶ **Et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.**

Hoc evenit in inimicis David. quia mortuo Absalon. 2. Regum. 18. omnes fugerunt et dispersi sunt. et crudeliter pleraqs pars occisa. Absalon remansit ad quercus suspensus. Achitofel se suspendit. Siba
2. Re. 20. fuit decapitatus. 2. Regum. 20. 2c.
Ideo ait.

¶ **Et perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego servus tuus sum.**

Sic penitentibus evenit. ut quum facti sint servi dei oes inimici eorum pereant demones scilicet et peccata. quia hec deficiunt in adventu gratie. illi vero admisso bonine ques tanto labore aquisierant se undiqs cruciant et sibi ipsis pena sunt. sicut bona bonis gaudium sunt in secula seculorum Amen.

¶ **Ne reminiscaris domine delicta nostra vel parentum nostrorum. neqz vindictaz summas de peccatis nostris.** Antiphona

Kirieleison. ¶Circa letanias tria sunt videnda. Primo inuentio. Secundo sanctificatio. Tertio significatio.

Primo letaniarum inuentio Johānes Damasce. Constan nopoli — ¶Primo inuentio letaniarum a deo est per suos nuncios angelos. Johannes enim Damascenus narrat quod quū apud Constantinopolis in maxia pestis ⁊ calamitatis angustia processiones fierent. puer quidam uidentibus cunctis raptus est in celum. ubi letanias edoctus ad populum descendere uisus est. ⁊ statim cepit cantare illas. ⁊ postquam omnis populus dixisset canticum cessauit statim omnis erumna illa. Letanie grece

Gregorius — apud nos rogationes dicuntur. Gregorius papa instituit dici letanias maiores in festo sancti Marci. ⁊ tempore pestis quam tempore pelagy inundauerit multitudo ser-

Pestis — pentum cum magna tiberis inundatione. ita ut omnis aer inficeretur ⁊ morerentur homines sternutando ⁊ oscitando. unde usque nunc inolevit optima consuetudo signandi os cum signo crucis ⁊ salutandi idest

Pelagius — deprecandi salutem. Tunc pelagius indixit processionem in qua ipse cum .70. mortuus est. ¶Cui successit Gregorius doctor cui reuelatum est a spiritu sancto ut in processione decantaret letanias ⁊ liberarentur omnes quod effecit ⁊ uidit in aere Virginem gloriosam cum omni militia celi quam implorenerat. ⁊ omnis corruptela aeris fugiebat a facie eius. ⁊ uidit illam insolita pietate precipientem angelo Michaeli stanti supra sepulchrum Adriani ut ensem reponeret. ⁊ sic factum est. ex quo in tante rei eternam memoriam adhuc marmoreus angelus cum ense castro illi preeminet. ⁊ mutatum est illi nomen. ut castrum sancti angeli appelletur. tunc mandauit Gregorius per omnes fideles dici letanias uisa tanta uirtute ⁊ primo dicte sunt

Cruces nigre — cruces nigre quia omnes in tali peste nigro induti erant propter mortem suorum ⁊ omnes cruce signati tanquam statim morituri receptis omnibus sacramentis. tanquam si non

Ascēsio — super esset nisi mors. In ascensione uero ideo eas in processione dicimus. quia ascēdens ⁊ triumphans rogandus xps est. ⁊ ceteri sancti de tanta uictoria. solent enim

uictores in triumphis magna munera largiri. propterea tunc orandi sunt. ut in triumpho nostri quoque triumphi causa sint. Jtem fiunt in ascensione quia eo maxime tempore mouentur bella. ⁊ fructus terre maxime tenerrimi sunt ⁊ ad corrumpendū faciles. ⁊ quia in hoc tempore atrocia luxurie bella insurgunt in pompa corporis ⁊ conuiuijs. Propterea contra hos terribiles carnis ictus ⁊ contra aeris intemperies ⁊ bellorum insultus. imploramus auxilium xpi triumphantis ⁊ patrocinia sanctorum generaliter ⁊ specialiter. ut qui ascendunt cum xpo ad requiem misereantur nostri. remanentium in ualle lachrimarum. pro peste etiam letanias dicimus. quia tale remedium a deo miraculose per illum puerum eleuatum apud Constantinopolim datum est. ut sensit Gregorius papa ⁊ omnis romanus populus quando post comunionem in pascate. statim redijt ad uomitum luxuriandi in corpus ⁊ conuiuijs ex quo talem dominus immisit pestem qualis nunquam amplius uisa est illi tunc reuelatum est remedium hoc contra pestem esse humilem .s. deuotam decantationem letaniarum. Unde in tali flagello instituit ecclesia illas decantare. Letanie

uero minores a beato Mamertho episcopo Mamert⁹ Letanie minores
uiennensi inuente sunt. propter pestem luporum illic homines perimentium. ⁊ propter crebros terremotus illic. Dicuntur autem minores quia a minori pontifice ⁊ in minori loco scilicet in uienna inuente sunt. sicut ille Gregorij dicuntur maiores quia a maiori pontifice ⁊ in maiori loco scilicet Rome institute sunt. demum sinodus caldenodensis hoc aprobauit. In psalmis uero penitentialibus dicuntur ut liberemur a maxima omnium peste scilicet scelerum. ubi sanctorum suffragia necessaria sunt. quia nullo suis meritis possunt ad deum iniqui peccatores accedere. ⁊ quum angeli ⁊ sancti inter deum ⁊ homines mediatores sint. Hec ergo in .L. de inuentione letaniarum dicta sufficiant.

¶Secundo sanctificatio letaniarum utilissima Secundo letaniarum sanctifica
⁊ maxima apparet. quia demonem hostem tio
crudelissimum expellunt. cuius rei figuras
ostendit ecclesia in ordinatione processionis
trium dierum. Ubi primo uexillum crucis possiones

antefertur in signum fugandi demonis in
aduentu militie celestis omnis exercitus.
quem implorauimus in letanijs. Vexillum
illud significat xp̄m ascendentem. Secūdo
reliquie sanctorum que deferuntur figurant
sanctos patres liberatos a limbo vna cum
saluatore ascensos in celum. Tertio draco
ille magnus qui duobus diebus ante ibat
processionem cum cauda erecta ꝛ eleuata
ꝛ tertia die sequebatur processionem cum
cauda deiecta tanq̄ꝫ lapsus ꝛ mestus.
significat diabolum in duobus primis tem-
porib⁹ nature scilicet ꝛ legis preisse tanq̄ꝫ
dominum. in tertio uero tempore scilicet
gratie deiectam esse caudam ꝛ arrogantiā
illi⁹ ꝛ sequi si quē temptare posset in his
deuotis precibus. Primo tanq̄ꝫ tirannus p
potestatem ante ibat. Nunc uero sequitur
nequiens nisi ab aliquo docetur ꝛ introdu
catur accedere. Omnia quidem demonis
vis est superare nequeuntis nisi uolentem.
nunq̄ꝫ ueniet. nunq̄ꝫ intrabit. nunq̄ꝫ occu
pabit tirannide regnuꝫ nisi tu consenseris.
Tertio letaniaꝝ significatio ¶ Tertio significatio letaniarum uidenda
est. kyrie dn̄e leyson misere. sic xp̄e
leyson idest xp̄e miserere. q̄ꝫ Dauid aliis
verbis exprimit. Miserere nostri domine
te enim expectamus. ꝛ quid aliud sane
salubrius quam misericordiam petamus mi
seri. Ter dicimus in laudem sanctissime
trinitatis. ꝛ quia in tertio tempore scilicet
gratie spiritus sanctus descendit omnium.
Trinitas Artifex omnem habens virtutem. omnia
prospiciens. In missa autem nouies dicimus
ut per impetrationem misericordie associe
mur nouem ordinibus angelorum. Ter in
laudem patris. ter in laudem filij. ter in
laudem spiritus sancti. ut notetur pater in
filio. filius in patre. ꝛ spiritus sanctus in
utroq̄ꝫ. in medio uero dicimus xp̄eleyson
quia xp̄s fuit mediator dei ꝛ hominum.
Basilius Basilio papie cantante kyrieleyson. porte
papiensis ecclesie per se aperte sunt. in si
gnum q̄ꝫ ad uim horum uerborum porte
triumphantis ecclesie aperiuntur. Sancto
Seminianus uero Seminiano cantante kyrieleyson.
quinq̄ꝫ reges conuersi sunt. ꝛ forte aliquid
aliud significat q̄ꝫ ignoramus. dicimus
ergo primo pater de celis deus miserere
nobis. Secundo fili redemptor mundi deus
miserere nobis. Tertio spiritus sancte deus
miserere nobis quasi dicat. o summe deus
qui potes. debes. diligis ꝛ uis miserere mi
serorum. ꝛ quia nullus sanctorum uel ange
lorum est inter deum ꝛ mariam uirginem
ideo statim uertimur ad illam cum triplici
inuocatione. Sancta Maria. Sancta vir
go uirginum. Sancta dei genitrix ora pro
nobis. quasi dicat que tantum potuisti ut
deum in tui amorem alliceres ꝛ traheres.
ut illius primo filia. secundo sponsa. tertio Maria
mater fieres ꝛ regina celi ps̄al. Astitit re uirgo
gina. Tertio suffragia imploramus ange-
lorum. ut seraphim nos inflāment. Cheru Angeli
bim doceant. Troni eleuent. Principatus omnes
principentur. Dominationes dominium ra
tionis super sensus ostendant. Potestates
demones arceant. Uirtutes miracula ope
rentur. Archangeli reuelent. ꝛ Angeli mi
nistrent celeste illud nectar. Quarto patri Patriarce
archas oramus. ut promissio illis facta ad
impleatur in nobis. Quinto apostolos ut Apostoli
cū sint sp̄us sancti templa fluenta gratiaꝝ
in nobis defundant. Sexto prophetas ut Prophete
archana nobis aperiant. Septimo euange Euāgeli
listas ut distillent suaueꝫ ambrosiam diuine ste
legis. Octauo innocentes ut suo interitu Innocē-
nostram nocentiam deleant. Nono marti tes
res ut thesaurum indulgentiarum sui precio Martires
si sanguinis aperiant ꝛ largiri impetrant. Doctores
Decimo doctores ut iter doceant ꝛ sacra Pōtifices
hostia pandant. Undecimo pontifices ꝛ sa Mulieres
cerdotes ut pro nobis immaculatam hostiā
orent. Duodecimo mulieres sanctas uirgi
nes ꝛ uiduas ut quas misericordiores uiris
sint ꝛ misericordiam receperint. pro no' io
misericorditer intercedant. Deinde facti in
militia celestis exercitus quā adesse ꝛ fa-
uere intelligit sancta mater ecclesia. iam
per spem erecti ad firmiter obtinendum.
quicquid iuste petierimus humiles ꝛ deuo
tas preces ante conspectum domini effun
dimus ꝛ petimus. Primo ut propitius sit
sine quo nihil firmum aut sanctum fieri
potest. Secundo ab omni peccato liberari
ut remoto omni offensa diuini amoris aci
tus ad cor nostrum pateat. Tertio ab ira
sua scilicet diei iudicij a fulgore ꝛ tempe
state. petimus liberari ne improuisa morte
labamur in profundum tartari absq̄ꝫ uera

⁊ perfecta pnia. 4° a peste fame bello ⁊ ceteris calamitatibus. ne in patria frangamur. 4° ab insidijs diaboli. i. ab occultis

Lactātius

suis machinationibus. qr is hec oia habet que illicere possunt pro laqueis. ⁊ quidem tam suttilibus ut occulos mentis effugiant ne possint hoies preuisione uitari. in his īt pijs precibus ecclesia uidens ias propitium adstare deū serenitate uultus sui iam exauditionem pollicentem magis ac magis inflāmata allicit amorosis funibus uidēs nulla sua adesse merita. orat per exuberantiam meritoꝝ xpi per misteria. s. incarnationis sue qn caritas traxit deum ad hoiem per natiuitatē eius in terram ut nos renascere mur in celo per baptismum suū ut abluere mur in illius uirtute a culpa per passionē qua redemit mundū. per sepulturas qn liberauit patres de limbo. per resurrectionem in cuius uirtute a culpa nos ⁊ morte resurgemus. per ascensionem qua docuit uiam ⁊ portas celi clausas aperuit. ⁊ per aduentū spiritus sancti qn fecit hoies celestes gustare epulas. Propterea oramus ī die iudicij qn maximū imminet periculū liberari a pena ⁊ exaltari in gloriam. ⁊ qr caritas oēs amplectitur ⁊ deus uidetur paratus ad lōge maiora danda qs petere quisqs ualeat. Ideo pro oī ecclesia oramus pro pōtifice maximo. pro imperatore. pro regibꝰ ⁊ subditis. ⁊ ut isto interim quo satiabimur in gloria celesti mētes nostras ad celestia desideria erigat. ⁊ ut oibus benefactoribꝰ sempiterna bona retribuat. ⁊ ut aias parentū fratꝝ soroꝝ filioꝝ propinquoꝝ ⁊ benefactorum uiuoꝝ ⁊ mortuoꝝ oiumqs fidelīū ab eterna damnatione eripiat. Postea tota se in memoriam passionis reducit. Sū

Agnus dei

summa dulcedo emanat. ⁊ agnum dei inuocat cui datū est soluere signacula ⁊ aperire librum sacramentoꝝ ⁊ celestis patrie. Agnus dicitur ab agon qꝫ est pium. uel ab innocentia. uel ab agnoscendo qr in maximo grege matres agnoscit. sic iste agnus mansuetus oī pietate plenus pro nobis reis innocens passus est. ubi ostendit quantum agnouerit ⁊ dilexerit illos a quibus non dum agnitus est. ista uero crebra replicatio que in fine letaniaꝝ sequitur

Criste audi nos criste exaudi nos kireleisō cristeleison kirieleisō

Ostendit quo anime feruore cor tuum calere ⁊ feruere habeat.

Pater noster qui es ī celis.

Pater noster

Circa hāc orationem dominicam declarandam ipsa diuina ingenia haud suffecerunt in hanc omnes sancti doctores Gregorius Ambrosius Augustinus ⁊ Hieronimus omnem ingenij uim ⁊ acumen posuerunt. Tho. 2. 2. q. 83. Orat o inquit dominica omnes alias antecellit. Diuus uero Ambrosius. qs breuis ora io ⁊ omnium plena uirtutum ⁊ reuera cog ta quis fuerit auctor. qr deus si tanti imperatoris uerba sūt ut habeantur pro lege. si tanti Aristotelis sentētie ut eas negare. haud fas iudicetur. Ideo auctoritas ab autentim uerbo greco dicitur qꝫ sonat dignum fide uel a uieo uerbo antiquo qꝫ sonat uerba ligo. quanti existimanda sunt dicta monarce illius summi hebreos 9°. Diuus est sermo dei ⁊ efficax. si tantum dulcoris Martha sensit in fimbria uestimenti. quanta exibit dulcedo ex gustu huius sanctissime orationis que ex profundo dei archano processit. in quo si deuote dicatur si eleuetur mens in septes petitionibus septēplici atroci bello anima hostes suos demones agreditur. ⁊ in paruo congressu regina rum Humilitas superbam deicit. Liberalitas auaritiam. Pudicitia luxuriam. Caritas inuidiam. Abstinentia gulam. Mansuetudo iram. ac demū regina sollicitudo Alteram reginas demonis acadiā funditus destruit. ⁊ sic septem delentur peccata mortalia septem uirtutibus ⁊ illuminatur anima. septes spiritus sancti radijs. necnon septē beatitudinibus prout in expositione patebit. tanta preterea dulcedo corda ⁊ labia ī mētem ⁊ linguā feruēter orantiū distillat ut mille linguę p pegaseus melos loquētes haud satis exprimāt ad gustū gº suauissimū pperemꝰ

Gre. Ambro. Hiero. Aug. Thomas

Primo Auctor

Secundo uirtus 7. peccata 7. uirtutes 7. spiritus Sci dona 7. beatitudines

3° dulcedo

Pater

Pater noster

Quā suauem quā dulcē vocauit captationē beniuolentie. quid iocundius. quid tenerius. quidue securius. q̄s in sinu parētis recolligi pro magno enim delicto paululū supplicij satis est patri. Quare in testamēto ueteri dn̄m se apellat in nouo uero patrē nisi qr tunc uoluit a duro illo populo timeri dn̄s. a nobis uero amari pater. Criso. Patrē inquit dicit nō dn̄m ut fiduciā daret impetrandi. Ubi ēt deuotus Bernardus. Oratio hec que pater noster dulcescit nomine omnium petitionum mearum impetrandarum fiduciam mihi prestat

Criso.

Bernard᷒

Noster

Noster.

q. d. nō est acceptio personarum apud te omniū volentium equaliter es. hic diligenter ponderandum est. qualis filius tanti patris sit. psal. Non fecit taliter omni nationi.

Qui es in celis

Qui es in celis

idest in secreto maiestatis tue q̄uis ubiq̄z sis per essentiā potentiam ⁊ presentiam. tn̄ in sanctis speciali modo p gloriā relucens ex quo magis ad te anelare debemus ad gustanda illa diuina. q. d. qr pater es uis. qr noster es debes. ⁊ qr in celis es potes. Quid ergo restat nisi ut uelimus ⁊ exaudias. psal. Beati qui habitāt in domo tua in secula seculorum laudabunt te. Et nota q̄ nihil est possibile optari aut recipi in celo ⁊ in terra q̄ in hac orone nō contineatur ut probat Ysidorus de summo bono Aug. Ambro. ⁊ Tho. 2. 2. q. 83. ar. 9. Ad singulas aūt petitiones contra singula peccata mortalia a septem spiritus sancti radijs in infernum pulsa ⁊ a septem beatitudines gustandas properemus

Prima petitio

Sanctificetur nomē tuū

Idest sanctitas tua eterna in creaturis reluceat uel spiritus noster in tuo sancto nomine. sanctificetur qui potes facere mundū de in mundo. Ihere. 14. Tu aūt in nobis es dn̄e ⁊ nomē sanctum inuocatum est super nos. ne derelinquas nos dn̄e deus noster. qr Ro. 9. Nō est volentis ⁊ currētis. sed tui miserentis habere in amorē supernorum. trahe ergo nos ⁊ curremus in odorē unguentorum ⁊ da ut per humilitatē tue maiestatis subiecti simus qui per superbiam fuimus rebelles ac statim aperto celo diffunditur. Primū donū spūs sancti .s. timor creans humilitatē q̄ sanat superbie uulnus seuū ac statim beati paupes efficimur quorum est regnum celorum. ⁊ sic ad deiectorum angelorum per superbiā loca Humilitas ⁊ paupertas spūs nos uehebit. O mirandā celebrandāq̄z uictoriam tam potentem reginā superbiā que uicit orbem ⁊ maximam partē celestium deiecit. tam paruo tēporis interuallo anihilari ⁊ minimo quidem labore. Et nota unico uerbo quid saluator docerat in hac prima petitione petē illumina me inqt pater eterne lumine sci ⁊ filialis ⁊ amorosi timoris tui ut omni supbia deposita ⁊ humilitate munitus oīa pro tui amoris dulcedine contemnam ⁊ te solo contenter.

Ihere. 14.

Superbia a timore

Beati pauperes spiritu

Secunda Petitio

Adueniat regnū tuū

Idest corporum nostrorum resurrectio qsi maxime gloriosus ad conspectum beatorum apparebis qr nō uidemur in hoc mortali regno nisi miserias ⁊ calamitates. q. d. contingat o ūt ut semper tecū regnemus. distilletur obsecro iocundissima illa dulcedo memorie regni tui in corda nostra. ut inebriati ab ubertate tua sprenemur ab impetu desideriorum celestis patrie. Bernardus. Quis dabit mihi ut uenias in cor meum ⁊ inebrians illud. obliuiscatur omnia mala. Ecclesia hoc idē clamat ueni domine noli tardare. ⁊ quia hic petit in genere pro omnibus cupidus. non tam proprie quā cōmunis salutis. Ideo exauditur ⁊ pellitur inuidia que sibi bona uellit. q. d. O utinam omnes salui fierent. Et emittitur donum pietatisque ueniens ad cor parit caritatem. q̄s bene munitam ⁊ armatam immittit contra inuidiam ⁊ uictoriosa semper redit ⁊ efficit nos mites per omnimodam subiectionem sensuum ad regulam rationis. q. d. concede domine deus ut omnium salutem optemus ut sic procul omnis inuidie pestis pellatur ⁊ claritate pietatis illuminati nunq̄s a ratione discedamus ut sic semper in uehementia ⁊ feruentia desideria regni tui eleuemur illic pascamur. illic solū quietemur.

Bernardus

Inuidia a pietate

Beati mites

3. petitio **Fiat voluntas tua sicut in celo et i terra**

per celum anima per terram corpus intelligitur. q. d. o utinam omnes uires corporis 7 anime cum tua sancta uoluntate trāsformentur. uel o utinam tanto feruore trabamur ad tuam sertandam uoluntatem in terris. q̄to angeli 7 sancti in celis. hic statim emittitur donum scientie que statim

Ira a° sci entia parit luctum in his humanis cognita per scientiam miseria huius uallis lacrimarum. 7 inito bello contra iram que impedit ne quis possit discernere uerus ipsa statim atteritur.

Beati qui lugent quis non irascimur contra q̄spiam imo 7 nostras 7 alienas calamitates rugemus. 7 pro desiderio patrie. psal. heu mihi quia incolatus meus prolongatus est ac statim sequitur premium Mat. 6. quoniam ipsi consolabuntur dicit ergo hic. o utinam sicut angeli e sancti in celo in te trāsformemur. ut nulla impediti passione intelligamus nihil esse in mundo propter q̄ non sit lugendum. ut demum a te consolari mereamur.

4. petitio **Panem nostrum cotidianum da nobis hodie**

da omne q̄ expedit. carior est enim tibi homo q̄s sibi ipsi permittamus ergo expendere ei mini nā pro iucundis aptissima queqs dabit deus. panis enim grece latine omne dicitur psal. dante te illis colligent. aperiente te manū tuam omnia iplebuntur ubertate iō. Dan. 3. fac nobiscum inquit secundum mansuetudinem tuam 7 secundum multitudinē misericordie tue sic ergo faciende sunt petitiones apud deum rogandus ut det quid autem ipsum permittas expendere longe. n. melius medicus q̄s infirmus nouit quid illi

Socrates expediat Socrates humane sapientie quasi terrestre quoddam oraculū secundū Vale. Ri. sapiēter dicta aut facta nil aliud adiis immortalibus petendum arbitrabatur q̄s ut bona hominibus darent eo q̄ hi scirent quid unicuiqs opus esset nos aliquando id uotis expetere nitimur. q̄ si impetrasse melius foret. Triplicē g° panē uult q̄ petam° saluator materialem scilicet necessitatem

Accidia a fortitudie humane uite. spiritualem in sacramento quem qui manducat scilicet digne mortem non gustabit in eternum. Eternalem scilicet gloriam beatorum ad quam petitionem mittitur donum fortitudinis ad cor 7 uigorem 7 desiderium 7 exuriem parit uirtutum omnium 7 procul accidiam pellit. q. d.

Beati q exuriunt o utinam non tantum corpus nutriatur pane sed anima dulcedine uerbi dei ut deposito omni torpore 7 induta fortitudie non tantum iustitiam uelim sed exuriem cunctorum bonorum habeam quo demum in patria satiez. quando hic in mundo nulla unq̄s satietas est sed psal. sanabor tantum quum apparuerit gloria tua.

5. petitio **Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris**

dimitte peccata que nos eterne pene debitores faciunt. 7 hac lege dimitte ut nisi nos dimiserimus dimissa redeant ī debita. hic animaduertendum quanta sit ī parcendo uis ut per hoc q̄si uelit deus cogi 7 ad hanc petitionem statim mittitur donū

Auaritia a cōsilio consilium q̄ auaritie bellum indicit. 7 miseris miserendo beati misericordes efficimur

Beati misericordes 7 dimittimus antiqua pecuniarum 7 ministrorum debita 7 nouos semper debitores in misericordia 7 largitate facimus. qui in celesti demum thesauro soluant 7 recipiant nos in eterna tabernacula. nota tu hic q̄ nisi tu dimiseris paruū ñ dimittētur tibi magna da 7 dabitur tibi dimitte 7 dimitetur. tibi Aug. si dicis dimitte 7 non dimittis super te maledictionem inducis peccas enim hoc dicendo non tñ q2 illa dicis sed q2 nō recedis a pctō a q° teneris exire 7 q2 mētiris ipsi deo. uolunt tñ aliq q̄ si orans itendit satisfacere debito 7 precepto orandi q̄ transgredi non l3 nō tñ peccat

dicit ergo o utinam domine deus tua san
cta inspiratio cõsuleret ⁊ persuaderet oẽs
procul abicere auaritiã ut misericordie bea
titudie cõsequuta dimitteremus debita pau
peribus .f. bona hec superflua nobis ut no
stra quoqꝫ hoc tam pio opere debita laxa
rentur . ne ꝓpter hec debita penarum de
bitores essemus .

6. petitio ¶Et ne nos iducas in temptationem non pmit
tas nos

uinci a temptatione . q . d . non petimus ñ
temptari oio ad uirtutis exercitiũ . sed nõ
dimitti in tẽptatione qꝫ fragiles sumus ne
labamur memores enim sumus primoꝝ parẽ
tũ relictoꝝ i manu cõsily sui ⁊ ſtari isun
ditur donum intellectus ⁊ gula inimica at
Gula ab teritur ⁊ per abstinentiã scopatur ⁊ mun
itellectu datur cor . ut statim deus possit uideri . ⁊
Beati mũ efficimur beati mundo corde . q . d . o utinã
do corde non permittas nos ut primos parẽtes nr̃os
ebetari gula sed intellectũ depresso põdẽ
corporis eleua ut i munditia cordis cõtem
plari possimus pulcritudinem tuam .

7. petitio ¶Sed libera nos a ma
lo corporali spirituali ⁊ eternali ⁊ stati
infuso dono sapiẽtie ⁊ gustata diuia
Luxuria illa dulcedine summi dei atteritur luxuria
a sapiẽtia ⁊ omnis carnis delectatio . ⁊ fit regnũ no
Beati pa strũ quietũ ⁊ pacificum ⁊ efficimur beati
cifici pacifici . fily dei ⁊ heredes . q . d . o utinam
gustemus ꝙ̃ suauis sis . ut omnis carnalis
delectatio ihorrescat ⁊ fiat pax iter nos
⁊ deum in secula seculoꝝ .

Amẽ ¶Amen idest fiat fiat l'o utinã fiat l'
fiet idubitanter ꝙ petitis .

Psalmus . 69 . in ordine psalmoꝝ ad inuo
cãdũ oẽs celestẽ exercitũ in auxilium cõ
q̃scunqꝫ tribulationem .

Deus i adiuto
riũ meũ intẽde

circa hunc quoque tria uidere opere
pretium est . 1° titulus 2° causa 3° uirtus .
¶Primo titul⁹ ẽ uictori Dauid ad recordã Primo
dũ d' triplici uictoria fit hic mẽtio p° de uicto titulus
ria Dauid cõtra Absalon filium ⁊ alios ini
micos contra ipsum coniuratos 2° de uicto
ria Dauid contra demonem 3° de futura
uictoria ecclesie contra mundum carnem
⁊ diabolum que sunt beneficia dei nunq̃ꝫ a
memoria hominum prolonganda ymo scul
penda in mente in corde in ore ⁊ in omni
opere nostro ideo alibi Dauid ait memoriã
memor ero ⁊ tabescet in me spiritus me⁹ .
quam meritas scilicet agere gratias nequeã
non opis humane ẽ grates psoluẽ dignas .
¶Secũdo causa huius psalmi fuit simil'r Secundo
triplex prima ut liberaretur a persequutiõe causa
fily sui Absalon ⁊ ceterorum . secundo a
psequutione carnis que sibi in amore Ber
sabe magnum bellum indixerat . tertia ut in
excellẽtia penitentie eius ad nostramq̃ꝫ
uictoriam cõferret . si illũ fuerimus imitati
¶Tertio uirtus psalmi est . qꝫ ualet cõtra Tertio
q̃scunqꝫ tribulationem ⁊ ad impetrandam uirtus
ueniam delictorum . gratiam uirtutum . ⁊
gloriam meritorum . quando enim Dauid i
tonuit tam alte deus inadiutorium ⁊c̃ . in
tantum feruorem eleuatus est ut omnis ce
lestis curia accurrerit orans ad deum pro
ipso dicens illud ꝙ postea in psalmo ex
primitur memento domine Dauid ⁊ om
nis mansuetudinis eius . Et tunc iurauit Da
uid ueritatẽ de fructu uentris tui ponam se
dem meam . in quo Dauid intellexit omnĩ
deuote psallenti similiter profuturum . un
de ecclesia spiritu sancto ducta hoc idem
affirmans in principio omnium horarum
mandauit hunc uersum dici . qui tante uirtu
tis est . necnon Ambrosius irrefragabi Ambro .
lis doctor contra armatos arrianos muni
tus scuto fidei . cum uirga tantum illos
agressus solus ⁊ inermis . quum clamasset
deus in adiutorium meum intende audita
est a mediolano usqꝫ romam a pontifice
maximo uox . ymo usqꝫ ad celum empire
um ab ipso deo ⁊ sic auxilio huius uer
siculi cunctos a ciuitate arrianos expulit .
ualet propterea contra omnem militiam
tam mundi quam carnis ⁊ demonis de

note dictus.

¶ **Deus in adiutoriū meum intende domine ad adiuuādū me festina** q. d. tibi derelictus est pau
per si deserueris ad quem
z.Re.14. fugiam. z. Re. 14. dixit David surgite fu
giamus. neq; erit nobis effugium a facie
z.Re.17. Absalon item. z. Re. 17. Acitofel cus
12. milibus volebat comprehendere David
ita te demon insequitur ad mortem unde
clamare expetit. ut attēdat sua misericor
di sollicitudine deus 7 quia periculum in
mora est. clamandum ut festinet.

¶ **Confundantur et reuereantur qui querunt animam meā** sicut remansit confusus Absalon suspēsus
per capillos ad quercum 7 Achitofel qui
se suspendit ita remanent confusi inimici
tui 7 demones, qui querunt animas perde
re 7 sic incidunt in foveam quam parant

¶ **Advertantur retrorsum et erubescāt qui dicunt mihi euge euge** sicut ceteri coniurati cum Absa
lon audita clade capitanei cum
rubore magno versi sunt in fugam. ita ce
teri faciunt demones quum socios viderint
superatos 7 est sententia aliquorum docto
rum q2 nunq; idem demon redeat ad tem
ptandum de crimine in quo fuerit semel su
peratus. sic econtra quum temptaverint
dicunt ut inimici David euge euge inter-
iectio gaudentis est. q. d. statim habebi
mus eum pre manibus sed nos in hoc psal.
liberamur.

¶ **Exultent et letentur omnes qui querunt te et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum** in hoc versu p
ut preuidit Da
uid implorat vere psallentibus. 12. bona
ꝯ. 12. mala. 1° ut exultent ꝯ accidiā. 2° letē 12. bona
tur ꝯ iram. 3° in te non in auro aut argē contra
to contra avaritiam. 4° omnes contra sin 12. mala
gularitatem vel discordiam. 5. querentes
contra pigritiā. 6. dicant ꝯ taciturnitates
confessionis 7 laudis. 7° semper contra in
terruptionem boni. 8° magnificetur cōtra
invidiam. 9° dominus contra superbiam. 10°
qui diligunt contra odium. 11° salutare ꝯtra
mundi vanitatem. 12° tuum contra inferni
damnationem. H omnia bona devote psal
lentibus David 7 ecclesia 7 tu ipse impe-
tras. q. d. tu domine deus fac ut semper
qui diligūt salutare idest xpm habeant cās
magnificādi nomē sanctū tuum ex assidua
bñficijs tuis sine qb9 i ꝓfundū abissi laberēt

¶ **Ego vero egenus et pauper sum deus adiuva me** omni alio auxilio destitu
ti sumus solum i te fre
ti. tu domine protector vite nostre nos ege
ni 7 pauperes in te ubertatū omnium 7
divitiarum habundantia egenos obsecram9
reple. 7 dita pauperes.

¶ **Adiutor meus et liberator meus es tu dñe ne moreris** q. d. in te spera
ut non ꝯfundar
i eternū i te speraverunt patres nři spa
verūt 7 nō sunt ꝯfusi. Ne moreris ergo
quum possis 7 velis veni 7 noli tardare
relaxa facinora nřa 7 effunde desup mise
ricordiam tuam ut vivētes laudemus nomē
sanctum tuum in secula seculorum amen.
Hunc ecclesia intelligens propitiū adesse
deum. uberrimas intimo cordis fervore.
ante divinam maiestatem effundit preces. Preces

¶ Saluos fac seruos tuos deus meus sperantes in te o quis unq̃s mi Leonarde dulcedinẽ sanctorum doctorum quum hec dicerent ⁊ uiderent in spiritu adstantem monarcham illum summum narrare posset uidebant enim omnem celestem curiam quã i letanijs inuocauerãt nutu quodã benigno fauere ⁊ supplices manus ad deum tẽdere pro impetranda diuini rorís gratia. idõ ecclesia hoc attendens maximũ omnium donorum petit saluos scilicet fieri qui fideliter deo seruiunt quiqꝫ omnem spem suas in illo posuere qui saluos facit sperantes petit.n. ꝙ deum daturum intelligit eccl'ia.

¶ Esto nobis domine turris fortitudis a facie inimici q.d. fragilitas humana labilis ẽ tu domine robur omne nostrum sis. cui nobis adherere bonum erit cõtra ictus crudeles ⁊ improuisos ĩpulsus inimici. Ysa.
Ysa. Urbs fortitudinis nostre syon. saluator ponetur in ea murus ⁊ ante murale idest diuinitas ⁊ humanitas xp̄i tui tanq̃s munitissima ciuitas nobis erit ut sit.

¶ Nihil proficiat inimicus in nobis. et filius iniquitatis non apponat nocere nobis q.d. hoc tuo munimine non perficiet diabolus ꝙ tantum optat. opus nostre damnationis ⁊ filius iniquitatis ãnxp̄s. uel opera nostra mala que tanq̃s iniqui filij sunt parati i necem patris.

¶ Domine non secundum peccata nostra facias nobis. neqꝫ secundum iniquitates nostras retribuas nobis quia scilicet aperite ꝯ os inferni ad nos in nos deglutiendos. non i rigore iustitie sꝫ in dulcore misericordie dñe agas nobiscum aliter actum esset de re nostra. quinqꝫ ecclesia uideat in his omnibus que petijt propitium deum. ut sua magis oratio ꝓsit in caritate dilatata orat pro ceteris i particulari ⁊ generali prout orauit pro se. qꝛ non minus meretur orando pro alio q̃s ꝓ nobis. ⁊ incipit a summo antistite.

¶ Oremus pro papa nostro dominus cõseruet eum scilicet in tanto culmine ut in pascuis uberrimis in montibus excelsis ysrael. ad fontes aquaꝝ uiuẽtiũ deducat oues suas. Pro papa

¶ Et uiuificet eum gratia uirtutum omnium.

¶ Et beatum faciat eũ in terra ut sit pauper spiritu. mitis lugens exuriens misericors. pacificus ⁊ mundo corde. ut deum deum cuius personam gessit in terris mereatur uidere in celis. 7. beatitudines

¶ Et non tradat eum in animam inimicorum eius idest liberet eum ab hostibus fidei. ⁊ a barbaris nationibus ydolatris. ⁊ a demonibus q.d. eleuetur ad contemplandam maiestatem tuam cuius uices gessit in terris.

¶ Oremus pro benefactoribus nostris ne tanta ĩgratitudinis mole premamur hic funditur oratio ꝓ parentibus cognatis amicis ⁊ quibuscũqꝫ bñfaciẽtibus nobis quũ talia bñficia attẽta Pro bñfactorib9

animi dilectione ⁊ magnitudine nullis hu
Aristo. manis uiribus recompensari possunt. preser
tim secundum philosophum de parētibus ⁊
magistris quibus si possumus aliqd referre cō
dignū. iō oramus diuinam opem dicentes.

¶ **Retribuere dignare domine omnibus nobis bona faciētibus propter nomen tuuz sanctū uitam eternā**
pro terrenis celestia ⁊ pro tēporalibus sem
piterna illis optamur.

p defunctis ¶ **Oremus pro fidelibus defunctis** qui in statu gratie sunt
in purgatorio ⁊ se tamen iuuare nequeunt
⁊ continuas ⁊ ualidas pro nobis effundūt
preces. ⁊ aliquando de nobis bene meriti
sunt. ⁊ longe magis poterunt apud deum
quum fuerint absoluti a captiuitate pur-
gatorij ideo.

¶ **Requiē eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis**
petimus lapsis requiem non adinstar nře
requiei in qua plus anxietatis qȝ refrigerij
est sed eternam. anime scilicet separate a
corpore ⁊ iterum corpori reconiuncte. qū
utrūqȝ simul gloriosum requiescet in albis
uestibus. ⁊ duplicibus secundum. Ysa. ⁊
Johannē in apo. in secula seculoꝝ am.
ideo sequitur.

¶ **Requiscant in pace**
scilicet ab omni pena purgatorij liber. te
aie. ⁊ corpora a putredine uermiū absoluta

¶ **Amē** oratio est optantis ecclesie o ui
nā o utinā o utinā sic fiat.

p fratribus ¶ **Pro fratribus nostris absentibus** scilicet oran-
dum est quia in absentia sicut in presentia
amandi sunt quos uinculum religionis
coniunxit.

¶ **Saluos fac seruos tuos deus meus sperantes in te** apponit eccle-
sia conditiones
spei quia nouit deum desperanti nunqȝ
prestare suffragia. ⁊ sic econtra nunqȝ de
esse speranti

¶ **Mitte eis domine auxilium de sancto et de sion tueatur te**
quia de syon idest ab alta mentis specula-
tione a spiritu sancto quo tuti efficimur qz
gustato spiritu desipit omnis caro.

¶ **Domine exaudi orationem meam** omnia hec
supra dicta
in unum colligit orans. qꝛ nouit deū uelle
scilicet mentis eleuationem exaudire. ⁊
feruorem eterna dulcedine replere. iō ait.

¶ **Et clamor meus ad te ueniat** clamor dic indicat spi
ritus sancti impulsum
ut amoris impatiens interiori uoce clamat.

¶ **Dominus uobiscum**
q. d. frustra aliter omne sacrificium esset
nisi deus summus omnium perfectio adesset
insp[i]rans ducens ac perficiens. ⁊ quia nō
minus hec gratia requiritur in sacerdote
qȝ in populo. ideo illi respondemus.

¶ **Et cum spiritu tuo** orones
semper, scilicet sit dominus ⁊ infundat in
te rorem diuine gratie.

¶ **Oremus** ergo sic dispositi sic ele
uati sic in feruorē īflā
mati dn̄i ⁊ oēs celestē militiā tanē itelligētes

⁊ decem orationes effundimus ut indulgeatur quicquid contra decem precepta deliquimus. ⁊ ut decimus ordo ex hominibus factus iungatur novem ordinibus angelorum.

1° oro ¶ **Deus cui proprium est misereri semper et parcere** secundum philosophorum theologorumque omnium sententiam divinitatis natura clemens est ⁊ pia ⁊ magis ad indulgentiam quam ad vindictam prona. Hiero. de peni. dist. i. c° quia. ideo non vis mortem peccatoris sed ut magis convertatur ⁊ vivat.

¶ **Suscipe deprecationem nostram** qui propterea inspirasti effundi, illam ante conspectum maiestatis tue.

¶ **Et nos ⁊ omnes famulos tuos quos delictorum cathena constringit** in tetro vitiorum ⁊ demonis carcere indissolubili cathena nisi tu solueris ligatos. peccata enim ipsa tanquam nodi ferrei cathenam usque ad tartara trahentem efficiunt.

¶ **Miseratio tue pietatis absolvat** aliter forent in eternum ligati nisi tu presto miserator ⁊ misericors omnes miseriam miserorum misericorditer deleveris.

¶ **Exaudi domine sup-**
2° oro **plicum preces** qui supplices exaudire cupis ⁊ supplicandi gratiam confers.

¶ **Et confitentium tibi parce peccatis** cognoscentium errorem suum querentium salutis medicum in penitentia ut confiteantur adversum se iniustitiam suam domino ⁊ non cessantium laudare nomen sanctum tuum. qui ad tam polluta labia fontem uberrimum misericordie apposueris.

¶ **Ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem** duo simul rogamus peccatorum omnium ⁊ pacem perfectam non treguam ad tempus sed in perpetuum a forti manu tua duci. ne amplius labamur ne iterum rebellati contra tam benigna ⁊ pia federa pace indigeamus. sit igitur pax hec in penitentia facta eterna tua divina ope. cuius posse a velle non differt.

¶ **Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende** manifesta in nobis munus illud misericordie 3° oratio
tue maximum in iustificatione peccatorum quod nulle humane aut divine lingue exprimere possent.

¶ **Ut simul nos et a peccatis omnibus exuas et a penis quas pro his meremur eripias** da tantam cordis contritionem ut simul culpam deleas ⁊ penam quam peccando meremur eternam. hic purga hic seca hic ure. ut ab omni sorde purgati representari mereamur ante conspectum tuum.

¶ **Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo paulo et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis eterne**

qui bactenus i uiam feree dannationis la
psus est .

ut te donante tibi
placita cupiat tuū sic ma
nus illumina
re cecū iacētē eleuare erigē claudū ⁊ mor
tuū suscitare potuit quippe labi sin e te . rege
re aūt minime . fac ut cupiat qui cupiēti
aperis āpla misericordie brachia .

et tota uirtute per
ficiat quia finis coronat . Da domie
de⁹ ut velit ut possit ⁊ exeq̄t

5' oro ¶ **Deus qui culpa offen**
deris penitētia placa
ris nouimus uulnus nouimus ⁊ medel
lam si tue maiestati displicuimus
peccando illi nunc non minus penitendo
placem⁹ propterea.

preces populi tui
supplicantis propi
us respice serenitatem vultus
tui super lacrimātia
corda ostende da iubilum mīti penitētius .

¶ **Et flagella tue iracū**
die que pro peccatis
nostris meremur ab
uerte hoc solitum ⁊ ꝓprium miseri
cordie tue ē ut tantilla ꝯtritio
⁊ deuotio infinitā peccatoꝝ molem deleat
meremur ob culpam nostram flagellarī ⁊
ob misericordiā tuam cōsolamur . meremur
ob iustitiam propter scelera nr̄a dannari s;
ob clemētiam ꝓpter pietatē tuā saluamur .

6' oro ¶ **Deus a quo sancta de**
sideria recta cōsilia
et iusta sunt opera
tu consilia in desideria sancta inspiras
⁊ opibus iustis te ducem prefers .

¶ **Da seruis tuis illam**
quam mundus dare
non pōt pacem quia mili
tia ē uita
hominis ⁊ continuum est prelium inter
mundum ⁊ hominem inter sensus ⁊ rōnes
inter corpus ⁊ animam tu solus attulisti
pacem , ⁊ per angelicos tibi cives supra
capanna illam predicasti gloria in excelsis
deo ⁊ in terra pax hoībus bone volūtatis .

¶ **Ut et corda nostra**
mandatis tuis dedi
ta et hostium sublata
formidine tempora
sint tua protectione
tranquilla fac ut nil aliud i cor
de ⁊ mente i lingua
⁊ ore ⁊ in opere ⁊ manibus habeamus sed
omnio transformemur in te ut sic tui for
midine arceantur hostes ⁊ securum sit
iter te duce eoqȝ spiritus sancti uehiculo
ad tranquillam ⁊ eternam requiem gustā
dam eleuemur

¶ **Ure igne sancti spi** 7' oro
ritus renes nostros
et cor nostrum do
mine remoue omnem carnis volup
tatē ⁊ distilla liquorem dulce
dinis tue . ⁊ cor ⁊ renes ubi tanta libido
extitit adure suaui spūs sci flatu .

¶ **Ut tibi casto corpo**
re seruiamus et mun
do corde placeamus
ut templū sanctū tuum efficiamur maxīe
mūditia mēs ⁊ caro refulgeat ut nihil i no
bis appareat ꝙ oculos tue maiestatis of
fendat laua nos ut sup niuē dealbemur .

8. oratio Fidelium deus oium
conditor et redéptor
qui pre imẽsa amoris magnitudine creasti
hominẽ quũ nõ esset ⁊ perditũ ⁊ captiuũ
ac mortuũ inuenisti redemisti ⁊ suscitasti
animabus . famulorum
famularũ qz tuarum
remissionem concto
rũ tribue pctõrũ delecẽm
culpã ut facilis adit⁹ pateat p grãs ad grãa.
Ut indulgentiã quã
semper optauerunt
pijs supplicatiõibus
ↄsequantur ecce meritũ eorum q sperauerũt i te
q nõ derelinquis sperãtes. ⁊ qz nos pro illis
tã deuote supplicamus. neqz illorum spes aut
nre preces inefficaces ẽẽ possunt pmisisti
9. oro sperantẽ i te misericordia circundare.
¶ Actiões nostras que
sumus dñe aspirãdo
preueni ⁊ adiuuãdo
prosequere tu qui pricipiũ medium ⁊ finis es
oium bonarum operationũ nrarũ da ⁊ ↄcede.
Ut cuncta nostra
oratio et operatio a
te semper icipiat et
per te incepta finia
tur ut cogitatiões mẽtis ⁊ affectio cordis ⁊ ligue platio ⁊ manuũ ⁊ pedũ
10. oro totiusqz corporis operatio a te orta gradiatur p te i conspectũ eterne maiestatis tue.
¶ Oipotẽs sempiterne
deus qui uiuorũz do
minaris simul et mor
tuorum omniumqz
misereris quos tuos
fide et opere futuros
ẽẽ prenoscis o oius monarcha q ãplitudine pietatis tue nulli claudis misericordie gremiũ q's
ſm uiam pceptorum tuorum uenturos intelligis.
¶ Te supplices exora
mus i eleuatione mẽtis feruo
re cordis ⁊ supplicatione manuũ. ut.
Pro quibus effũdere
preces decreuimus
ut p qbus determinauimus orar.
¶ Quos uel presens se
culum adhuc i carne
retinet . uel futuruz
iam exutos corpore
suscepit siue sint uiui siue mortui
Intercedẽtibus om
nibus sanctis tuis
quos eleuare supplices manus pcudit mater
nostra ecclesia.
¶ Pietatis tue clemẽ
tia non nostri uel ipsorum meritis que nulla sunt. ad tantum bonum.
Omnium delictorũ
suorum ueniam cõse
qʒtur absoluãtur a culpa ⁊ pena purgatorij ut tecũ regnent i secula
seculorum amen.